- A. 2. Dæmonium, autorem Peccati. Negationis hujus
  - 1. Cauſa impulſiva fuit Calumnia Judæorum, v. 48.
  - 2. Rationes petuntur à
    - 1. Contrarijs κατ' ἀντίθεσιν. Ego non habeo Dæmonium: ſed honoro Patrem meum. Ergò ignominia me affeciſtis, dum dixiſtis: Dæmonium habes, v. 49.
    - 2. Repugnantibus. Qui Dæmonium habet, ſuam Gloriam quærit. Ego non quæro gloriam meam: ſed eſt qui quærat & judicet, v. 50. Ergò.

- B. 2. Καταφατικά. Idem namq; CHRISTUS ſanctiſſimè aſſirmat & confirmat, ſe habere
  - 1. Verbum vitæ, quod ſervantibus προφυλακτικὸν ſit quoddam æternæ Mortis, v. 51. Hic
    - 1. Judæi conantur,
      - 1. Probare ſuum illud convitium, quòd Dæmonium habeat κατὰ στοχασμὸν, ex morte Abrahami & Prophetarum, v. 52.
      - 2. Infringere aſſertionem DOMINI, comparatione minoris authoritatis cum majore, atq; ut ipſis quidem videtur, excellentiore, v. 53.
    - 2. Chriſtus iſtis κατὰ τὸ βίαιον opponit authoritatē Patris, tùm
      - 1. Sui Cœleſtis (qui ſibi quà Homo etiam poteſtatem iſtam dederit ſalvandi VERBO credentes) de cujus notitia falsò glorientur Adverſarij: ſe verò & noſſe Eum, & Sermonem ejus ſervare. v. 54. 55.
      - 2. Ipſorum, Abrahami, qui omnem honorem ſibi, Hominis Filio, acceptum tulerit, cum diem ſuum videre unicè geſtiverit, cujus quoq; voti ſui compos factus ſit, v. 56.
  - 2. Aliam, quam quæ in oculos incurrat Naturam: Divinam ſcil. ſecundum quam prior ſit ipſi Abrahamo, adeoq; ab æterno, v. 58. Affirmativam hanc
    - 1. Antecedit occaſio, quam DOMINO præbuerunt Judæi, ſua illa de ætate Chriſti cenſura, v. 57.
    - 2. Sequitur effectus: Fulmen hoſtium ex pelvi, v. 59.

Dominica Palmarum, Evang. Matth. 21, 1——9.

Synopticam hujus Evangelij Analyſin vide ſuprà Dom. I. Adv.